Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Invidus autem ut proximus non habeat perdit iudicium. Necesse est zelativos quidem esse dignificantes se ipsos bonis que non habent. Iuvenes magnanimi sunt et zelativi. Idem topicorum libro 2. Invidia est tristitia in apparenti utilitate alicuius.

Ihesus filius Sirach in Ecclesiastico capitulo 9. Non zeles gloriam et opes peccatoris. Non enim scis que futura sit eius subversio. Idem 30 capitulo. Zelus et iracundia minuunt dies.

Oratius in epistolis 1 epistola. Invidus alterius rebus macrescit opimis.

Tullius de Oratore libro 2. Laudi atque glorie maxime invideri solet. Invident homines maxime paribus aut inferioribus, invident sepe vehementer. Et eo magis si intolleranter se iactant et equabilitatem communis iuris prestantia dignitatis fortune sue se transferunt. Plerique sunt mundi maximeque aut cove est ... Invident florenti prestantique fortune ut hec opinione minuatur et illa excellens opinio ne fortuna cum laboribus et miseriis permixta videatur. Idem tusculanarum questionum libro 4. Invidentia est egritudo ex alterius rebus secundis. Idem philippicarum libro 13. Nemo quod sue offendit virtuti invidet. Idem de secta mundi ... non invidet.

Ovidius sine titulo sive amorum libro 1 capitulo 15. Pascitur in vivis livor post fata quiescit. Tunc suus ex merito quemque tuetur honor. Idem de arte amandi libro 1. Fertilior seges est alienis semper in agris vicinumque pecus grandius uber habet. Idem de remedio amoris circa finem. Summa petit livor perflant altissima venti. Summa petunt dextra fulmina missa Iove. Idem de fastis libro 4. Quem non livor odit. Idem de ponto libro 3 epistola 3. Livor iners vitium mores non exit in altos. Atque latens yma vipera serpit humo. Ibidem epistola 4. Scripta placent a morte fere quia ledere vivos livor et iniusto carpere dente solet. Ibidem libro 4 et ultima epistola 16 et ultima. Nam solet ingeniis summa nocere dies. Famaque post cineres maior venit.

Quintilianus declamatione 16 declamatione. Quo non penetrabis improbe livor. Quid nec scrutabile malignitati clausum est.

Matheus in Evangelio capitulo 13. Non est propheta sine honore nisi in patria et in domo sua.

Lucas in Evangelio 4 capitulo. Nemo propheta acceptus est in patria sua.

Iohannes in Evangelio capitulo 4. propheta in patria sua honorem non habet.

Paulus ad Galatas 5 capitulo. Si invicem mordetis et comeditis, videte ne ab invicem consumamini.

Seneca tragediarum in Hercule furente capitulo 2. Invidiam fastum ac sermo populari premet. Ars prima regni est posse ad invidiam pati. Idem epistolarum ad Lucillum libro 14 epistola prima. Nemo eorum qui in re publica versatur quot vincat sed a quibus vincatur aspicit et illis non tam iocundum est multos post se videre quam grave est aliquem ante se. Edax est inimica semper alienis perfectibus invidia. Idem de tranquillitate animi. Alit livores infelix inertia et omnes destrui cupiunt quia se provehere non possunt. Idem de brevitate vite. In vicino versatur invidia.

Simplicius longe posita miramur.

Idem in proverbiis. Invidia est dolor animi ex alienis commodis.

Lucanus libro 1. Abscidit nec multum foris invida laudi.

Iuvenalis libro 4 satyra prima. Quosdam precipitat subiecta potentia magne invidie.

Marcialis cocus epigrammaton libro 5. Esse quod vivis quod dicam fama negat. Et sua quod rarus tempora lector amat. Hi sunt invidie nimirum regule mores preferat antiquos semper ut illa novis. Idem libro undecimo suscepto capitulo primo. Invidus irrisor ridendo domine gaudet. Et semel irrisum terque quaterque cupit. Idem capitulo 2. Invidie flamma que fugline laborat exstimata cunctis omnibus consumat. Torres invidia sed te non alium.

Valerius maximus libro 4 titulo de amore et dilectione. Nulla tam modesta felicitas est que malignitatis dentes vitare possit.

Priscianus libro 18 et titulo de significatione verborum significatum actionem et transitionem. Invideo tibi quia non vides tibi filio. Hoc enim non fero te bene agentem videre.

Boetius in libro divisionum. Quicquid novum est imprudenti existimatione obliquat more ab acceptatoris. Idem de scolastica disciplina libro 2. Invidia si sermo quid advenerit vel in discendo gratuita est simpliciter non est propri auctoris consuptua.